UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

37. Christus defendit Discipulos suos à calumnia Pharisæoru[m], eos accusantiu[m], quòd Sabbatho spicas detraherent, manibusque fricantes granis vescerentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

*CAP. 37. Chriſtus defendit Diſcipulos ſuos à calumnia Phariſæorum, eos accuſantium, quòd ſabbatho ſpicas detraherent, manibusq́; fricantes granis veſcerentur. Mat. 12.*47. Mar. 2.*33. Luc. 6.*33.*

S. Matthæus.

IN illo tépore abiit Ieſus ꝑ ſata, ſabbatho: diſcipuliauté eiꝰ eſuriétes cœperũt vellere ſpicas, & máducare. Phariſæi auté vidétes, dixerũt ei, Ecce, diſcipuli tui faciũt qđ nõ licet eis facere ſabbathis. At ille dixit eis, Nõ legiſtis quid fecerit Dauid quádo eſuriit, & qui cũ eo erát: quomodo intrauit in domú Dei, & panes ꝓpoſitionis comêdit, quos nõ licebat ei edere, neq; his qui cũ eo erát, niſi ſolis ſacerdotib. Aut nõ legiſtis in lege, ꝗa ſabbathis ſacerdotes in téplo ſabbathũ violant, & ſine crimine ſunt? Dico autem vobis, quia téplo maior eſt hic. Si auté ſciretis quid eſt, Miſericordiá volo, & nõ ſacrificiũ: nunq̃ cõdẽnaſſetis innocentes: Dominus enim eſt filius hominis, etiam ſabbathi.* 38.

S. Marcus.

ET factũ eſt iterũ cùm ſabbathis ambularet ꝑ ſata, & diſcipuli eius cœperunt progredi & vellere ſpicas. Phariſæi autem dicebant ei, Ecce, quid faciunt ſabbathis quod non licet? Et ait illis, Nunquàm legiſtis quid fecerit Dauid, quando neceſsitatem habuit, et eſuriit ipſe et qui cum eo erant? quomodo introiuit in domũ Dei ſub Abiathar principe Sacerdotum, et panes ꝓpoſitionis máducauit, quos non licebat mãducare niſi ſacerdotibus, et dedit eis qui cum eo erant. Et dicebat eis, Sabbathũ propter hominem factum eſt: et non homo propter ſabbathum. Itaque Dominus eſt filius hominis, etiam Sabbathi. *38.

S. Lucas.

FActum eſt auté in Sabbatho ſecundo primo, cùm tranſiret ꝑ ſata, vellebant diſcipuli eius ſpicas, et manducabant cõfricãtes manibus. Quidam autem Phariſęorum, dicebant illis, Quid facitis quod non licet in ſabbathis? Et reſpondens Ieſus ad eos, dixit, Nec hoc legiſtis qđ fecit Dauid, cùm eſuriſſet ipſe & qui cum illo erant: quomodo intrauit in domum Dei, & panes propoſitionis ſumpſit, & manducauit, & dedit his qui cum ipſo erant, quos non licet manducare niſi tantùm ſacerdotibus? Et dicebat illis, Quia Dominus eſt filius hominis, etiam ſabbathi.* 38.

S. Iohannes.